Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Bedae expositio in actus apostolorum - Cod. Aug. perg. 153

Beda <Venerabilis>

[Reichenau ?], [9. Jh.]

Schmuckinitiale

urn:nbn:de:bsz:31-42055

Visual Library

Domino in Christo desiderantissimo et uere beatissimo Accane episcopo beda perpetuam in domino salutem.
Accepi creberrimas beatitudinis tuae litteras quibus me commonere dignatus es ut [illegible]
mentis tamen intuitu corpore [illegible] sed meditandis scrutandisque
cotidie scripturis uigil atque indefessus insistam. Et post expositionem apocaly-
pseos sancti euangelistae iohannis quam fratris nostri eusebii rogatu tribus
libris complexam mox tibi transscribendam destinaui. In expla-
natione quoque beati euangelistae lucae [illegible] uestigia patrum
quantum ualeam sudorem impendam. Quod quia facere nec
dum potui ob operis uidelicet immensitatem perterritus ob
frequentiam curarum quas [illegible] nostri necessitate perpedirus;
Nec tamen tuae postulationis conuenientia auctoritas quod
[illegible] fecerim. Misi enim opusculum in actus apostolorum.
quod dudum [illegible] edidi ut dilectissime quantum maius debuit
nomina [illegible] uolentis impedimento emendatum membranulis indiderim;
Ubi ea quae uel mystice gesta uel obscurius dicta uidebantur ut potui dilucidare curaui; In quo me
opusculo cum alii plurimi fidei catholicae scriptores tum maxime iuuauit arator sanctae romanae ecclesiae
subdiaconus qui ipsum ex ordine librum heroico carmine potenter exornans in eodem metro allegoriae
flores adiunxit. occasionem mihi tribuens ut alia colligendi sed et [illegible] planius exponendi. Actus igitur
apostolorum ut beatus hieronimus ait; Nudam quidem uidentur sonare historiam et nascentis ecclesiae infan-
tiam texere. sed si nouerimus scriptorem eorum lucam esse medicum cuius laus in euangelio est animaduertimus pa-
riter omnia uerba illius animae languentis esse medicinam. E quibus nos aliqua iuxta modulum nostrum
pariter [illegible] expositum; Primo admonere curauimus ipsum euangelistam lucam ut dictum est iuxta traditionem
ueterum ecclesiae tractatorum medicinae artis fuisse peritissimum et magis graecas litteras scisse quam hebreas,
Unde et sermo eius tam in euangelio quam in actibus apostolorum comptior est. et saecularem redolet eloquentiam
magisque testimoniis graecis utitur quam hebraicis. Ex quo accidit quod neque me miror. apparet ingenii
eius dicitate uehementissimo stupore perculsus. nescio quo errore quae ratione cum in hebraica ueritate a filio
suo usque ad habraham decem generationes inueniantur; Ipse lucas qui spiritu sancto calamum regente nulla
tenus falsum scribere potuit undecim generationes iuxta lxx interpretes adiecto caÿnan in euangelio
ponere maluerit; Ideo autem in euangelii prohemio dicit sibi uisum esse ex ordine diligenter scribere. quod
multi conati sunt. Sed eos non debemus accipere quorum in ecclesia nulla extat auctoritas. quia id quod
conati sunt implere minime potuerunt; Iste autem non solum usque ad resurrectionem et ascensionem domini post passionem suam
cum quattuor auctoribus euangelicae scripturae dignum suo labore habere locum; Uerum etiam
deinceps quae per apostolos gesta sunt quae sufficere credidit ad aedificandam fidem legentium et audientium
eius scripsit. ut solus eius liber fide dignus haberetur in ecclesia de apostolorum actibus narrantis; Reprobatis
omnibus qui non ea fide qua oportuit scripta dictaque apostolorum scribere ausi sunt; Eo quippe tempore

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg